

Weichbild magdeburski w układzie śląsko-małopolskim.

Tekst kompilowany uwzględniający wersje sandomierską i krakowską

Rękopis Klasztoru OO. Paulinów w Częstochowie, sygn. II-3, s. 110

Odczyt Maciej Mikuła

Artykuł 1

[1] [s. 110] Cesar^a Otto Ruffus fundavit templum [in] Meÿdeburg et dedit civibus municipale ius secundum eorum arbitrium et secundum consilium seniorum. Et tunc qui arbitriti [s] sunt, ut eligerent scabinos ac consules, scabinos ad diuturnum tempus et consules ad unum annum. Qui autem iuraverunt et nunc iuratis annis singulis, dum eligentur, ius et profectum ac honorem custodire civitatis et agere, quanto caucius et melius sciant aut possunt, cum consilio ac iuvamine seniorum. Consules exsponunt [s] suum conventum secundum suum placitum ac voluntatem cum seniorum consensu. Consules eciam habent potestatem iudicandi super quamlibet vacuam mensuram ac pondera iniusta, ac choretos iniustos et quilibet cibi et potus mercimonia. Et quicumque hoc violaverit, demeretur tres Slavicas marcas, que faciunt triginta sex solidos. Cum consules suum conventum exponunt, extunc quidquid ibi statutum fuerit aut compromissum in isto conventu, firmum et inviolabiliter debet observari. Et quicumque violaverit, hoc consules habent agere. Et quicumque hoc violaverit consules habent iudicare. Et quicumque ad conventum venire neglexerit, dum signum datur per campanam, demeretur sex denarios. [/] Si autem sibi conventus pronunciatus fuerint, demeretur quinque solidos.

^a ozdobny inicjał O wysokości 10 wersów, zdobiony farbami czerwoną i niebieską

[hasła: rajca, ławnik, rada, starsi, Magdeburg, cesarz, kadencja, miara, waga]